

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nobilitas I
cum uariis

Stagnum de argento egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum colatum seruatur, stagnum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri quam de claro genere contemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius non est eius solius, sed communis uidetur; qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius solius est; qui uero de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitude contemptibilitatis solius eius non est, sed eciam generis; qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitude illius est eius solius. Ideo melius est ut in te glorientur parentes quam tu in parentibus glorieris.

Crisostomus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

itaque argentum *om.* B M, (*cor. in marg.*) M; uero] non (*cor. intra*) M; eciam] et M, et *add.* C; illius *om.* P V¹ V² L¹ L²; Crisostomus *om.* L¹ L²